Zool.
362 m.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

<36603883920018

<36603883920018

Bayer. Staatsbibliothek

Versuch eines Systems der Amphibien


von

Blasius Merrem,

d. W. D.
ordentl. Prof. der Naturhistorie u. Kameralwissenschaften,
Kurfürstl. Hess. Hofrathe,
der naturf. Gesellschaften zu Berlin, Halle, Hanau und Marburg, der botan. zu Regensburg, der mineralog. zu Jena und Dresden, der Forst- und Jagdk. zu Waltershausen, zur Beförderung nützl. Künste in Frankfurt a. M., der Zeichnungs-Akad. in Hanau Mitgliede; der K. Akad. d. Wissensch. zu Berlin und der K. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen Correspondenten.

Marburg,
bei Johann Christian Krieger. 1820.

147. D.



Lithographie von C.F. Müller in Carlsruhe.

TENTAMEN

SYSTEMATIS

AMPHIBIORUM

AUCTORE

BLASIO MERREM

PHILOS. DOCT.

HIST. NAT. NEC NON SCIENTT. OECON. ET POLIT. PROF. P. O., AUGUSTISSIMO PRINC. ELECT. HASS. A CONSILIIS AULAE.

SOCIETATUM PHYSICARUM BEROLIN. HALENS. HANOV. MARBURG. BOTAN. RATISBON. MINERAL. JENENS. ET DRESD. VENATORIAE VALTERSHUS. PROMOUEND. ARTIUM VTILIUM FRANCOF. ACAD. PICTOR. HANOV. SOCIO. ACAD. REG. SCIENTT. BEROL. ET SOCIET. REG. SCIENTT. GOTTING. LITERARUM COMMERCIO IUNCTO.

MARBVRGI,

SVMPTIBVS JO. CHR. KRIEGERI. MDCCCXX.

27 C

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Den

um die Naturhistorie

Hochverdienten Männern

Herrn Ober-Medicinal-Rathe und Professor, Rittern

J. F. Blumenbach

in Göttingen,

Herrn Geheimen Medicinal-Rathe und Professor

C. A. Rudolphi

in Berlin,

Herrn Professor

J. G. Schneider

in Breslau,

Herrn Professor und Hofrathe

F. Tiedemann

in Heidelberg,

Herrn Professor

G. R. Treviranus

in Bremen,

widmet diesen Versuch

zum Beweise seiner innigen Verehrung

der Verfasser.

Vorrede.

Die Aufforderung, welche ich im Jahre 1800 von Herrn Kammerrath Bechstein erhielt, zu seiner *Uebersetzung von* Lacepede's *Naturgeschichte der Amphibien* eben so, wie es ihm Herr Professor Schneider versprochen habe, einen Band Zusätze zu liefern, gab mir die Veranlassung das System dieser Thiere, in soweit es die Gattungen und höhern Abtheilungen umfaſst, mit den Gründen der letztern, die sich nicht auf einzelne Theile, sondern auf die Abweichung oder Uebereinstimmung des Ganzen stützen, bis auf geringe Abänderungen *so* zu entwerfen und auszuarbeiten, wie es die Leser jetzt empfangen. Von wenigen Gattungen wagte ich es indeſs die Arten zu ordnen und sie durch Kennzeichen zu unterscheiden. Die Menge der Kupfer und die damaligen Zeitumstände hielten aber den Verleger ab, Herrn Schneider's und meine Zusätze herauszugeben, und durch die mannigfaltigen und verschiedenartigen Amtsgeschäfte, welche mir oblagen und noch obliegen, wurde ich verhindert, meiner Arbeit eine solche Gestalt zu geben, daſs sie, als für sich bestehend, erscheinen konnte. Vielleicht geschähe es auch noch nicht, wenn mich nicht theils das Unangenehme und zugleich Ehrenvolle dazu antriebe, daſs ich das, was mir vor neunzehn Jahren ausschlieſslich eigen war, von spätern Na-

PRAEFATIO.

Viro de zoologia syluarumque cura meritissimo Bechsteinio, A. C. N. MDCCC. me hortanti, vt cum optimo Schneidero supplementa ad versionem suam *Amphibiologiae Cepedianae* conscriberem, satisfacturus, Systema illorum animalium ipsum elaboraui, quod iam Tibi, L. B. paucis adiectis emendationibus et augmentis trado. Sola autem tunc temporis genera vlterioresque diuisiones comprehendebat, cum rationibus quibus nituntur, non ex singulis quibusdam partibus, sed ex varia totius Organismi compage aut partium consensu petitis. Paucorum tantum generum species in ordinem redigere et characteribus distinguere audebam. Iconum autem copia temporisque iniuria Bibliopolam, libri sumtus facientem et Schneideri et mea additamenta edere impediebat, ipse autem multis summeque diuersis officiis obrutus operi illam formam dare diu non potui, qua tanquam liber singularis in lucem prodire quiret. Sine dubio adhuc lateret nisi ingratum simul et honorificum illud mihi contigisset, vt in nouissimis temporibus illa ab aliis naturae scrutatoribus, et id quidem suo iure, viderem prolata, quae ante

turforschern, und zwar mit Recht jetzt als *ihr* Eigenthum vorgetragen finde, theils die übernommene Bearbeitung der besondern Geschichte der Amphibien für die *allgemeine Encyclopädie*, welche die Herren Ersch und Gruber herausgeben, mich genöthigt hätte, nicht nur mein System von neuem durchzugehn, sondern auch die Arten der Gattungen zu bestimmen. Wenn ich nun gleich in Ansehung der Schlangen, und insbesondere der Nattern glaube, daſs, ohnerachtet der vielen wichtigen Bereicherungen, welche auch die Kenntniſs von ihnen in neueren Zeiten erhalten hat, meine vor dreyſsig Jahren geäuſserte Meinung 1), daſs es noch nicht möglich sey, ein dauerndes System derselben zu errichten, und man sich vorläufig begnügen müsse, Stoffe zu demselben zu sammeln, noch gegenwärtig statt finde, so habe ich es doch versucht sie zu ordnen, weil ich dieser Ordnung für mich nicht entbehren konnte.

Aber nicht bloſs bey der Bestimmung der Arten der Schlangen, auch bey denen der Caretten, der Warane und anderer fand ich in den unvollkommenen Beschreibungen unüberwindliche Schwierigkeiten, selbst hin und wieder in der Festsetzung der Gattungen, ja sogar der höhern Abtheilungen. So bin ich ungewiſs, ob ich die mit Schildern bedeckten Land- und Süſswasser-Schildkröten als mehrere Gattungen oder nur als Familien derselben Gattung betrachten soll. Eben dieses ist mit den Linneischen Boen und den Pythonen, und mit mehreren andern der Fall. Ich habe daher zwar zahlreiche Arten, von denen ich mit Gewiſsheit behaupten zu können glaube, daſs sie zu Einer Gattung gehören, in Familien vertheilt, bey solchen aber, wo ich zweifelhaft war, ob sie nicht verschiedene Gattungen ausmachten,

1) *Beyträge zur Geschichte der Amphibien. I. Heft. Seite* 4. 5.

nouemdecim annos propria mihi nouaque erant. Accedit, quod a Viris clarissimis Erschio et Grubero ad elaborandam specialem Amphibiorum historiam pro *vniuersali*, quam parant, *Encyclopaedia* inuitatus in perficiendo opere Systemate indigebam, in quo non genera modo, sed et species quantum fieri potest rite determinatae continerentur. Necessitate itaque vrgente, me non terruit certitudo, eam, quam ante hos triginta annos protuli 1) sententiam, quod nimirum Serpentum, imprimis Colubrorum, licet eorum cognitio per nuperos labores valde creuerit, Systema duraturum condendi tempus nondum adsit, et quod contenti esse debeamus materia ad construendum aedificium adferenda, adhuc valere, tentaui tamen, illos in ordinem quendam redigere, quia ipse illo carere non poteram, sperans audaces fortuna iuuari.

Sed non in Serpentibus solis, in Carettarum quoque, Varanorum, aliorumque speciebus digerendis ex descriptionibus imperfectis innumerabiles mihi nati sunt labores, imo non raro in stabiliendis generibus atque adeo diuisionibus maioribus. Dubius sane haereo, vtrum testudines terrestres et lutariae scutellis tectae varia constituant genera, an diuersas tantummodo eiusdem generis familias. Eadem dubia circa Boas Linnaei et Pythones locum habent. Hisce commotus numerosas quidem species, quas ad idem Genus pertinere, satis certus eram, in familias disposui; vbi autem incertus eram, an potius diuersa efficerent genera, ea ad modum Ill. Cuvier, Zoologorum nostri temporis principis, in

Untergattungen, wie Herr Staatsrath Cuvier angenommen, und überlasse es jedem, wie er es will, oder es seiner genauern Kenntniſs nach für angemessener hält, entweder die Hauptgattung oder die Untergattung als Gattung zu betrachten; und daher haben auch beyde fortlaufende Zahlen erhalten.

Der äuſsere und innere Bau der mehrsten Amphibien ist noch viel zu wenig untersucht, um zureichenden Stoff zur Bildung natürlicher Gattungen zu geben; ein bey ihnen um so fühlbarerer Mangel, da jener, besonders bey den Schlangen, so äuſserst einfach ist. Dazu kommt noch, daſs manche äuſsere Theile, welche zu *Unterscheidungsgründen* der Gattungen gewählt oder vorgeschlagen wurden, als solche durchaus nicht angesehen werden dürfen, obgleich sie oft dann als *Kennzeichen* der Gattung sehr gut angewendet werden können, wenn man sie bey allen dazu gehörenden Arten antrifft. Unstreitig z. B. müssen die giftigen Schlangen von den unschädlichen getrennt werden; denn das Daseyn eines hohlen Zahnes an jeder Seite der Oberkinnlade, die Absonderung eines bloſs dadurch tötenden Saftes, daſs ein Tropfen desselben dem Blute anderer Thiere beygemischt wird, setzt eine Bestimmung und zugleich eine Beschaffenheit voraus, welche bey denen nicht statt finden kann, welchen diese furchtbare Waffe mangelt. Vergebens bemühte sich aber Gray 2) äuſsere unterscheidende Merkmahle der giftigen Schlangen zu finden, weil er sie in einzelnen Theilen suchte; die Verbindung mehrerer würde sie ihm dargeboten haben. Indessen ist doch eine giftige Schlange vorhanden, die im äuſsern Baue gar keinen Unterschied von den unschädlichen Nattern zeigt,

2) *Philosophical Transact. LXXIX. p.* 21.

Genera et Subgenera diuisi, cuique linquens ad lubitum suum, aut pro meliore sua cognitione siue Genus maius siue minus tanquam *Genus* considerare, et hanc ob rem horum illorumque seriem numeris continuis distinxi.

In generibus constituendis naturam quam maxime ducem secutus sum. Res sane ardua, cum, externa aeque ac interna plurimorum Amphibiorum conformatione adhuc nimis neglecta, aut separandi aut coniungendi desint rationes. Hic cognitionis defectus eo grauius Amphibiorum scientiam premit, quo simplicior imprimis externa Serpentum facies notas characteristicas paucissimas praebet. Multae sane partes externae ab aliis ad distinguenda genera in censum vocatae vel etiam adhibitae ad hunc scopum minime adhiberi queunt, etiamsi in characterum numerum inire possent, si omnibus speciebus, ad idem genus pertinentibus, communes reperirentur. Sine omni dubio e. g., Serpentes venenati ab innocuis separandi sunt, cum dens perforatus in vtroque maxillae superioris latere, et secretio fluidi vel vna sanguini alterius animalis instillata guttula mortem inferentis, sane existentiae finem et corporis conformationem doceat, in animalibus, terribilibus hisce armis destitutis, haud repertam. Frustra autem Cel. Gray 2) notas Serpentum venenatorum externas quaesiuit, quippe quas in discretis ac singulis, et non, vt fieri debuisset, in pluribus partibus earumque conformatione reperiendas putauit. Vnicum certe tantum noui Serpentem in corporis externa facie ab innocuis Colubris nullo modo di-

Lacepede's *Haemachate* 3), den ich aus eigener Ansicht nicht kenne, und der vielleicht, vollkommener beschrieben, auch selbst in seinem Aeufseren unterscheidende Merkmale darbieten würde. Aber wenn bey dieser die Giftzähne allein ihre schädliche Eigenschaft anzeigen sollten, so mufs man um so mehr bedauern, dafs selbst in Rücksicht mancher Schlangen die Ansichten getheilt sind, ob sie giftig seyen, oder nicht. So sollen nach Gray Coluber stolatus und mycterizans, denen Linné Giftzähne zuschrieb, keine, Coluber Cerastes, laticaudatus und fuluus aber, die nach Linné zu den unschuldigen gehören, sie besitzen. Coluber lemniscatus führt dagegen Gray so wie Linné unter die giftlosen Schlangen auf, da er doch nach Schneider und Cuvier Giftzähne besitzt, und nach dem letzteren sogar zu den gefürchtetsten Schlangen gehöret. Gray's verschiedene Ansicht liegt unstreitig zum Theil in seiner Art die Giftzähne aufzusuchen. Nachdem er dargethan hat, dafs weder die Länge noch die Beweglichkeit die Giftzähne auszeichne, behauptet er, dafs die giftigen Schlangen in der obern Kinnlade stäts an jeder Seite nur einen einzigen Giftzahn aufser der Reihe kleiner Zähne im Gaumen hätten, die giftlosen hingegen an jeder Seite eine Reihe Zähne sowohl in der Oberkinnlade als im Gaumen, mithin vier Reihen Zähne oben im Maule befäfsen, und dafs man die eine oder andre Beschaffenheit leicht durch einen Pfriem entdecken könne, den man von der Spitze des Mundes zum Winkel desselben führe. Die Unrichtigkeit dieser Untersuchungsweise ist aber jetzt gar nicht mehr zu bezweifeln, da nach neuern Beobachtungen die Hydern (welche Gray für giftlofs erklärt), die Bungaren und die Kleinköpfe

3) Haemachates Sepedon. Sepedon Haemachates.

uersum, *Haemachatem* scilicet Cepedii 3), mihi ex autopsia ignotum; nec dubitari licet, illum accuratius descriptum etiam externas monstraturum notas, quibus distinguatur. Si autem vere in hac specie tela sola letiferam indicare vim valeant, maxime dolendum est, auctores etiam inter se dissentire de venenata quorundam serpentum indole. Grayo auctore Coluber stolatus et mycterizans telis carent, quibus Linnaeus ea tribuerat, Coluber e contrario Cerastes, laticaudatus et fuluus, qui secundum magni Systematis conditorem pro innocuis habendi sunt, illis instruuntur; Colubrum denique lemniscatum tam Linnaeus quam Grayus a veneni suspicione liberauerant, Schneiderus autem tela illi tribuit, et Cuvierus inter maxime noxios Serpentum recenset. Diuersa Grayi sententia sine dubio in modo quaerenda est, quo ad inuestiganda tela vtebatur. Post demonstrationem, qua probat, tela neque longitudine neque mobilitate a dentibus innocuis differre, telorum vnicum criterion in eo ponit, quod tela semper sola in maxillis superioribus haereant, nullisque comitata sint dentibus, qui in serpentibus venenatis in palato tantum infixi reperiantur, in innocuis autem in maxilla superiore aeque ac in palato, ideoque in his quaternae superiores inueniantur dentium series, quae ope subulae ab apice ad angulos oris ductae facile detegendae sint, si oculum fugiant. Fallacem autem hanc in tela inquirendi rationem satis arguunt recentiorum obseruationes, quibus constat Hydrorum (quos Grayus innocuos dicit), Bungarorum et Trimeresurorum maxillas superiores

in der obern Kinnlade aufser den gemeinen Zähnen Giftzähne besitzen. Das einzige Kennzeichen von Giftzähnen ist dieses, dafs sie hohl sind; ob sie das aber seyen, ist bey der oft aufserordentlichen Kleinheit der Zähne nicht selten sehr schwer zu untersuchen. Bey den Elapsarten vermag ich nicht zu entscheiden, ob sie giftig seyen oder nicht, weil ich bey sechs derselben weder zu behaupten noch zu verneinen wage, dafs die einzelnen Zähne in ihrer obern Kinnlade durchbohrt seyen; doch ist es mir wahrscheinlicher nach ihrer Lage, dafs sie Giftzähne seyen. Am auffallendsten ist in dieser Rücksicht diejenige Schlange, welche Linné unter dem Namen Coluber mycterizans im *Museum Adolphi Friderici tab.* 19. *fig.* 2. hat abbilden lassen, und welche von der, *ebendaselbst Taf.* 5. unter demselben Namen abgebildeten ganz verschieden ist. Entweder diese letztere, welche ich die *linkische Natter* nenne, oder auch die *rüsselige*, die *markgrafische* oder die *gefsnerische Natter* (denn alle diese wurden für Coluber mycterizans gehalten) waren es, welche Gray vor sich hatte, wenn er sagt, er habe mehrere Exemplare des Coluber mycterizans untersucht, und bey keinem (nach seiner Untersuchungsart) Giftzähne gefunden, denn alle diese haben in der obern Kinnlade mehrere Zähne, die *rümpfnasige Natter* dagegen, welche Linné *a. a. O. tab.* 19. abbildete, wenigstens bey dem Exemplare meiner Sammlung, an jeder Seite der Oberkinnlade nur einen einzigen sehr langen und starken, wie es mir scheint, undurchbohrten Zahn, den Linné unstreitig für einen Giftzahn ansahe. Dafs sie dieses einzelnen Zahns wegen von den übrigen Nattern zu trennen sey, ist mir, bey ihrer so grofsen Aehnlichkeit mit der *rüsseligen Natter* nicht wahrscheinlich.

Fürchtete ich nicht, die Gränzen einer Vorrede zu überschreiten, so würde ich hier noch

tela aeque ac dentes continere. Vnica telorum nota in illo consistit, quod canalem formant ad effundendum venenum. Vtrum autem caui sint dentes nec ne propter eximiam eorum tenuitatem saepius inuestigatu est difficillimum. De Elapibus discernere non audeo, venenatine sint nec ne, cum in sex earum speciebus, quas vidi, foramen in singulo vtriusque lateris maxillae superioris dente ne lentis vitreae quidem ope detegere potuerim, eius autem existentiam negare non audeam. Memorabilis certe hoc respectu Coluber est, quem mycterizantis nomine Linnaeus in *Museo Adolphi Friderici Regis tab.* 19. *fig.* 2. depictum dedit, et qui ab illo, quem eodem insignitum nomine *tab.* 5. eiusdem operis sistit, toto caelo diuersus est. Hunc posteriorem, quem *Colubrum Linkii* dico, aut *Colubrum nasutum*, C. *Marcgrauii* vel *C. Gesneri* (qui omnes pro C. mycterizante habiti sunt) Grayus sine dubio intelligit, dicens se plura Colubri mycterizantis specimina examinasse, nec in vllo tela reperisse: his nempe omnibus in maxilla superiore plures adsunt dentes, illi autem Colubro mycterizanti, quem Linnaeus *l. c. tab.* 19. pinxit, saltem in exemplari Musei mei, vtrinque in maxilla superiore vnicus adest dens longus fortisque, at, vt mihi videtur, imperforatus, quem Linnaeus sine dubio pro telo habuit. Caeterum illum Colubrum ob singulum hunc dentem a reliquis separandum non esse, imprimis propter magnam qui inter illum et C. nasutum est similitudinem, credo.

Multa sane adhuc de generibus dicenda restant, sed vereor ne praefationis limites excedam.

manches über die höheren Gattungen sagen; ich übergehe es aber lieber, und begnüge mich bloſs zu bemerken, daſs ich zweifelhaft sey, ob ich nicht fehlte, wenn ich die drey Zünfte der *Schuppenpholidoten*, *laufende*, *kriechende* und *schleichende* annahm, und ob ich nicht entweder alle drey hätte ungetrennt lassen, oder fünf Zünfte annehmen müssen; da dem *Nacktauge*, welches vier Füſse besitzt, vielleicht die Augenlieder fehlen, hingegen, nach Herrn Cuvier dem *Akontias*, welcher Augenlieder hat, nicht nur die Füſse, sondern selbst die Spuhren eines Brustknochens, der Schlüsselknochen, der Schulterblätter und des Beckens mangeln, und er mit einer einzigen Lunge aber der Spuhr einer zweyten versehn ist, so daſs hier Uebergänge statt finden, welche die Trennung zu verbieten scheinen.

Dem gemeinen Sprachgebrauche habe ich so treu zu bleiben gesucht, daſs ich auch ohne Erklärung der Kunstwörter von jedem verstanden zu werden hoffen darf. Nur folgendes bedarf derselben. — Bey den *Schildern des Kopfes* habe ich dieselben Benennungen beybehalten, welche ich denselben in meinen Beyträgen gegeben hatte. Da ich nun nicht erwarten kann, daſs diese in den Händen vieler meiner gegenwärtigen Leser seyn werden, so wiederhohle ich sie hier mit den Abbildungen des Kopfes der Chirons-Natter, welcher ich noch die des Kopfes der prächtigen Eidechse beygefügt habe. Es heiſst demnach

A. das Wirbelschild, die Wirbelschilder.
B. die Hinterhauptsschilder.
C. die Augenbraunschilder.
D. die Schläfenschilder.
E. die Stirnschilder.
F. die Schnautzenschilder.
G. das Rüsselschild.
H. die hintern Augenschilder.
I. die vordern Augenschilder.

Sufficiat itaque hoc tantum adiicere, me summo in dubio versari vtrum tres illae *Pholidotorum squamatorum* tribus, *gradientium* scilicet, *repentium* et *serpentium* naturae respondeant, an potius siue plane non disiungendae, siue in quinque tribus distribuendae sint, cum *Gymnophthalmus* quatuor pedibus praeditus palpebris careat, *Acontias* autem, Cuviero teste, oculorum palpebris munitus, sterno vero, scapulis, clauiculis et pelui destitutus, pulmonem maiorem cum secundo minore habeat. Transitus itaque adsunt, qui diuisionem vetare videntur.

Sermonem ad vulgarem loquendi vsum composui, spero itaque fore vt etiam sine explicatione terminorum artis ab omnibus intelligar. Sequentia solum explicatione indigent. Scutellis capitis nomina, quibus distinguerentur, danda erant. Latina, quantum fieri poterat, ad modum illorum formaui, quibus vernacula lingua in spicilegiis Amphibiologicis vsus eram. Sistitur itaque Tibi, L. B. in adiecta tabula caput Colubri carinati a latere et a parte supina et parte prona, cum capite Lacertae ocellatae, in quibus scutella literis notata sunt, quorum nomina Tibi trado:

A. Scutum vertebrale. Scuta vertebralia.
B. Scuta occipitalia.
C. Scuta superciliaria.
D. Scuta temporalia.
E. Scuta frontalia posteriora.
F. Scuta frontalia anteriora.
G Scutum rostrale.
H. Scuta ocularia posteriora.
I. Scuta ocularia anteriora.

K. die Zügelschilder.
L. die Nasenlöcherschilder.
M. die Randschilder der obern Kinnlade.
N. das Lippenschild.
O. die Nebenschilder.
P. die vordern Rinnenschilder.
Q. die hintern Rinnenschilder.
R. die Randschilder der untern Kinnlade.
S. die Kehlenschuppen.
T. die Kehlenschilder.

Ferner heiſst der *Rumpf*

gleichdick, wenn er vom Kopfe bis zum After fast gleiche Durchmesser hat.

spindelförmig, wenn der Durchmesser in der Mitte gröſser ist, wie am Kopfe und am After.

Der *Schwanz* heiſst

dünn, wenn er an der Wurzel viel dünner ist, wie die Aftergegend.

stätig, wenn man an seiner Wurzel keinen beträchtlichen Unterschied zwischen seiner Dicke und der des Rumpfes wahrnimmt.

Ungern habe ich in die Kennzeichen das Verhältniſs der Länge des Schwanzes zu der des Körpers aufgenommen, weil der Schwanz so leicht abbricht, und dann wohl nie vollkommen wieder ersetzt wird. Beym Mangel anderer Kennzeichen war ich aber, besonders bey den so zahlreichen Nattern, dazu gezwungen. Seine verhältniſsmässige Länge zu bestimmen theile ich den Körper, d. h. den Rumpf mit Inbegriff des Kopfes in zwölf gleiche Theile, und nenne den *Schwanz*

sehrkurz, wenn er noch kein Zwölftheil,

kurz, wenn er etwa ein Zwölftheil (zwischen $\frac{1}{12}$ bis $\frac{1}{8}$),

sechstelig, wenn er ohngefähr ein Sechstheil (zwischen $\frac{1}{8}$ bis $\frac{5}{24}$),

viertelig, wenn er ein Viertheil ($\frac{5}{24}$ — $\frac{7}{24}$),

drittelig, wenn er ein Drittheil ($\frac{7}{24}$ — $\frac{3}{8}$),

K. Scuta lorea.
L. Scuta nasalia.
M. Scuta marginalia labii superioris.
N. Scutum labiale medium.
O. Scuta labialia accessoria.
P. Scuta mentalia anteriora.
Q. Scuta mentalia posteriora.
R. Scuta marginalia labii inferioris.
S. Squamae gulares.
T. Scuta gularia.

Truncus dicitur

aequalis, si a capite ad anum eandem fere obtinet crassitiem;

fusiformis, si medio crassior est, quam prope caput et caudam.

Cauda nominatur

tenuis, si subito in basi multo tenuior est trunco in regione ani.

continua, si basis caudae crassitie a regione ani parum differt.

Non sine haesitatione ad characteres specierum caudae proportionem ad corpus adhibui, quippe quae facile frangitur, et etiam, si reproducta est, vix vnquam iustam recipit longitudinem. Defectu tamen aliarum notarum imprimis in numeroso Colubrorum genere eam adhibere coactus fui. Ad determinandam rationem longitudinis caudae ad longitudinem corporis, i. e. trunci cum capite, corpus diuido in duodecim partes aequales seu *vncias*, diciturque *Cauda*

breuissima, quae tali vncia breuior est.

vncialis, i. e. duodecimae circiter parti aequalis (inter $\frac{1}{12}$ — $\frac{1}{8}$).

sextantalis, si parti sextae (inter $\frac{1}{8}$ — $\frac{5}{24}$),

quadrantalis, si parti quartae ($\frac{5}{24}$ — $\frac{7}{24}$),

trientalis, si parti tertiae ($\frac{7}{24}$ — $\frac{3}{8}$),

fünfzwölftelig, wenn er fünf Zwölftheile ($\frac{3}{8}$ — $\frac{11}{24}$),
mittelmäſsig, wenn er die Hälfte ($\frac{11}{24}$ — $\frac{13}{24}$),
siebenzwölftelig, wenn er sieben Zwölftheile ($\frac{13}{24}$ — $\frac{5}{8}$),
zweydrittelig, wenn er zwey Drittheile ($\frac{5}{8}$ — $\frac{17}{24}$),
dreyviertelig, wenn er drey Viertheile ($\frac{17}{24}$ — $\frac{19}{24}$),
fünfsechstelig, wenn er fünf Sechstheile ($\frac{19}{24}$ — $\frac{7}{8}$),
fastlang, wenn er eilf Zwölftheile ($\frac{7}{8}$ — $\frac{23}{24}$) von der Länge des Körpers hält.
lang, wenn er etwa eben so lang wie der Körper ist.
sehrlang, wenn er die Länge des Körpers ohngefähr um ein Viertheil übertrifft.
anderthalbig, wenn er sie um die Hälfte übersteigt.

Von den Gattungsnamen habe ich in beyden Sprachen die jetzt gewöhnlichsten beybehalten, sobald sie nicht vieldeutig waren, oder zu falschen Begriffen Veranlassung geben konnten, oder aus andern Gattungsnamen gebildet oder zusammengesetzt waren. So habe ich die Namen *Triton* und *Proteus*, welche Laurenti Amphibiengattungen gab, verändert, weil beyde, schon vor seiner Zeit, zur Bezeichnung anderer Thiergattungen angewendet waren. Ja ich habe, um alle Zweydeutigkeit zu vermeiden, oft die nach meinem Gefühle besten Namen nicht gebraucht. So würde ich die Seeschildkröten gewiſs mit Oppian und Nikandern *Chelys*, die Kufien *Aspis* genannt haben, wenn nicht diese Namen, jener zur Bezeichnung der Matamaten, dieser ganz andrer Schlangen gemiſsbraucht wären. Daſs ich übrigens, wenn ich in der wissenschaftlichen Sprache Ausdrücke wie den, *Schildkröte* verwerfe, weil die Thiere, welche man so benennt, keine mit Schildern bedeckte Kröten sind, nicht will, daſs man die Sprache des gemeinen Lebens nach der wissenschaftlichen modele, wird mir hoffentlich jeder zutrauen.

quincuncialis, si quinquies parti duodecimae ($\frac{3}{8}$ — $\frac{11}{24}$) par est.

mediocris, si dimidiam corporis longitudinem obtinet ($\frac{11}{24}$ — $\frac{13}{24}$),

septuncialis, si septies duodecimae parti ($\frac{13}{24}$ — $\frac{5}{8}$),

bitrientalis, si bis tertiae ($\frac{5}{8}$ — $\frac{17}{24}$),

dodrantalis, si ter quartae ($\frac{17}{24}$ — $\frac{19}{24}$),

longiuscula, si quinquies sextae ($\frac{19}{24}$ — $\frac{7}{8}$),

sublonga, si vndecies duodecimae corporis parti ($\frac{7}{8}$ — $\frac{23}{24}$) aequalis est.

longa, si longitudine corpus aequat.

longissima, si longitudinem corporis quarta circiter parte superat.

hemiolia, si corpore sesquilongior est.

Nomina generica nostris temporibus vsitatissima in vtraque lingua retinui, nisi ambigua erant, pluribusque corporibus naturalibus communia, aut in errorem inducentia, aut ex aliorum generum nominibus efficta vel composita. His rationibus ductus *Tritonis* et *Protei* nomina a Laurentio amphibiorum generibus imposita, cum aliis permutaui, quia iam ante eum pro designandis aliarum classium generibus adhibita erant. Imo, ad euitandam omnem ambiguitatem, meliora saepe nomina reieci. Lubentissime sane e. g. cum Oppiano et Nicandro testitudines marinas *Chelyes* et serpentes a me Cophias nominatas *Aspides* appellauissem, nisi vocabulis illis iam alii ad alia genera designanda abusi fuissent. Monitos tandem esse volo Lectores, me vocibus scientiae accommodatis, minusque in vita communi frequentibus, vtentem, linguam vulgarem immutare nolle, cuiuis enim suus loquendi vsus relinquendus est.

Ich erkenne sehr wohl, wie unvollkommen meine Arbeit sey, wieviel ich selbst, und vielleicht in kurzer Zeit, daran ändern und bessern werde, wenn ich Gelegenheit erhalten sollte, von mir nicht beobachtete Amphibien genauer zu untersuchen; gleichwohl halte ich es nicht für unnütz sie bekannt zu machen, da sie gewiſs andern Gelegenheit zum Vergleichen, zum Bessern und dadurch zum Erweitern und Vervollkommnen der Wissenschaft geben wird. Meine Lage hat mir nur erlaubt, wenige Amphibien, etwa 160 bis 170 genau zu untersuchen, und doch gröſstentheils nur in fremden Sammlungen, und mithin nur in Ansehung ihrer äuſseren Theile; wer glücklicher ist, tadle mich nicht wegen unvermeidlicher Fehler, berichtige aber dieselben und belehre das Publicum und mich. Nur dann werde ich den Zweck meiner Arbeit erreicht haben, nur dann mit meinem Systeme zufrieden seyn, wenn man mir das Zeugniſs wird geben können, daſs ich das System nicht *erfunden*, nicht *gemacht*, sondern die Amphibien, unsern gegenwärtigen Kenntnissen von ihnen gemäſs, geordnet habe.

Manchen Stoff zur Erweiterung ihrer besondern Kenntniſs habe ich noch liegen, und hoffe ihn von Zeit zu Zeit, als Fortsetzung meiner Beyträge gemeinnütziger zu machen. Ich werde zunächst die neuen und nicht hinlänglich bekannten Arten beschreiben und abbilden und Herr Bädeker in Essen wird bald die Fortsetzung meiner Beyträge zu drucken anfangen.

Bene sane noui, quam longe hoc meum opus a perfectione absit, quantum, et breui forsan tempore, mihi ipsi emendandum et immutandum erit, si Amphibiorum a me nondum obseruatorum accuratius examinandorum occasio contigerit; non tamen inutile puto publici illud iuris facere, quippe certe aliis ansam praebebit comparandi, emendandi, eoque ipso perfectionem scientiae promouendi. Mihi datum non fuit in plus quam 160 — 170 Amphibiorum species accuratius inquirere, et etiam in his, in aliorum Museis obuiis, externarum partium descriptione contentus esse debebam. Qui meliori vtitur fortuna me propter errores ineuitabiles reprehendere nolit, hoc potius curet, vt illos corrigat et publicum et me meliora doceat. Tunc demum laboris impensi finem assecutus, tunc demum cum Systemate hoc contentus ero, si testimonium mereri videar, hoc Systema non a me inuentum, non effictum esse, sed me Amphibia pro praesentis cognitionis eorum statu disposuisse, et in quantum hoc fieri potest, omnibus naturam dedisse et naturae suae omnia.

Sunt mihi adhuc plura aduersaria ad specialem Amphibiorum historiam facientia, quae si Deus vires et otium largiatur, ea forma qua priora spicilegia Amphibiologica publici iuris facere, et imprimis nouarum et minus cognitarum specierum descriptiones et icones edere apud animum constitui. Impensis Baedekeri, Bibliopolae Essensis, continuatio spicilegiorum meorum amphibiologicorum mox prelo subiicietur.

Bene sane noui, quam longe hoc meum opus a perfectione absit, quantum, et breui forsan tempore, mihi ipsi emendandum et immutandum erit, si Amphibiorum a me nondum obseruatorum accuratius examinandorum occasio contigerit; non tamen inutile puto publici illud iuris facere, quippe certe aliis ansam praebebit comparandi, emendandi, eoque ipso perfectionem scientiae promouendi. Mihi datum non fuit in plus quam 160 — 170 Amphibiorum species accuratius inquirere, et etiam in his, in aliorum Museis obuiis, externarum partium descriptione contentus esse debebam. Qui meliori vtitur fortuna me propter errores ineuitabiles reprehendere nolit, hoc potius curet, vt illos corrigat et publicum et me meliora doceat. Tunc demum laboris impensi finem assecutus, tunc demum cum Systemate hoc contentus ero, si testimonium mereri videar, hoc Systema non a me inuentum, non effictum esse, sed me Amphibia pro praesentis cognitionis eorum statu disposuisse, et in quantum hoc fieri potest, omnibus naturam dedisse et naturae suae omnia.

Sunt mihi adhuc plura aduersaria ad specialem Amphibiorum historiam facientia, quae si Deus vires et otium largiatur, ea forma qua priora spicilegia Amphibiologica publici iuris feceram, et imprimis nouarum et minus cognitarum specierum descriptiones et icones edere apud animum constitui. Impensis Baedekeri, Bibliopolae Essensis, continuatio spicilegiorum meorum amphibiologicorum mox prelo subiicietur.

A m p h i b i e n.

A M P H I B I A.

Unterscheidende Eigenschaften der Amphibien.

Diejenigen Thiere, welche *Linné* zuerst *Amphibien*, *Brisson*, vielleicht besser, *Reptilien* nannte, und denen der erstere, auf eine unbegreifliche Weise, in der Folge die Knorpler und Nacktkiemer zugesellte, gehören mit den warmblütigen Thieren und den Fischen zu den *blutbegabten*, *wirbelsäuligen Thieren*, und stehen zwischen beyden in der Mitte, sind aber durch manche Eigenschaften auch von beyden wesentlich verschieden.

Die *Fortbewegungswerkzeuge* fehlen entweder als Glieder gänzlich, oder sind sonst wie bey den Säugethieren, nie wie bey den Fischen beschaffen; nämlich, wenn sie vorhanden sind, stäts zween oder vier Füſse, von welchen die vorderen an ein Schulterblatt befestigt sind, und aus Oberarm, Vorderarm und Vorderfuſs bestehen; die hintern sich mit einem Becken vergliedern, und in Schenkel, Schienbein und Hinterfuſs eingetheilt werden müssen. Nie haben sie wahre Floſsen.

Auch in Rücksicht der *Knochen* sind sie den warmblütigen Thieren näher verwandt. Diese sind nie Gräten, nie elastisch, biegsam, sondern hart und fest.

In Ansehung des *Blutes* stehen sie in der Mitte. Sie besitzen weniger Blut, und es ist wässeriger, wie bey den warmblütigen Thieren, aber es ist nicht so wässerig, und seine Menge gröſser, wie bey den Fischen.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

DIFFERENTIAE AMPHIBIORVM

A

CAETERIS ANIMALIBVS.

Ea animalia, quae a LINNAEO primum *Amphibia*, a BRISSONIO, melius forsan, *Reptilia* dicta sunt, et ad quae ille, nescio a quo in errorem inductus, in posterioribus systematis editionibus pisces chondropterygios et branchiostegos referebat, cum animalibus calidi sanguinis piscibusque *Animalia sanguinea vertebrata* constituunt, et licet media inter illa et hosce, tamen ab vtrisque diuersa, suum sibi postulant locum.

Artus motioni dicati aut omnino nulli adsunt, aut illis, quos in mammalibus obseruamus, nunquam vero piscium pinnis similes sunt. Si modo illis gaudent, quatuor aut saltem duos constituunt pedes, quorum anteriores e scapula pendentes, humero, antibrachio et palma, posteriores, cum pelui articulum facientes, femore, tibia et planta constant.

Quo ad *ossium* structuram etiam haec propius ad calidorum animalium naturam accedit, quippe ossa nunquam illam mollitiem, flexibilitatem et elasticitatem habent, piscium ossibus communem, sed dura sunt atque firma.

Sanguinis conditio vere media. Minore scilicet adest quantitate et aquosior quam in calidis animalibus, nec tamen adeo aquosus et parcus quam in piscibus.

Die eigenthümliche *Wärme*, welche bey den warmblütigen Thieren 85 bis 104 Grad Fahrenh., bey den Fischen dagegen höchstens 8 Grad beträgt, ist bey den Amphibien höchstens 12 Grad, und veränderlicher, wie bey jenen, so daſs sie hierinn den Fischen mehr gleichen.

Die *Arterien* der warmblütigen Thiere und die der Fische sind mit Fleischfasern umgeben, und ihre *Venen* haben halbmondförmige Klappen; bey den Amphibien sind beyde Arten der Adern nicht verschieden, häutig und ohne Klappen. Nur bey einigen Arten umgeben die Arterien da, wo sie aus dem Herzen kommen, Fleischfasern.

Das *Herz* der warmblütigen Thiere hat stäts zwo Herzkammern und zwo Vorkammern; das der Fische Eine Herzkammer und Eine Vorkammer; das der Amphibien ist ein wahres Mittelding. Zwar hat es jederzeit nur Eine Herzkammer, diese ist aber in mehrere Fächer getheilt, welche unter einander in Verbindung stehn; eben so verhält es sich oft mit der Vorkammer, doch sind auch häufig zwo Vorkammern da.

Der *Kreislauf des Blutes* ist bey den Amphibien sehr wesentlich von dem der übrigen wirbelsäuligen Thiere verschieden, indem nur weniges Blut, höchstens ein Drittheil der ganzen Masse, aus dem Herzen zu den Lungen strömt, und das aus diesen zurückkehrende Blut sich vor oder in dem Herzen mit dem Blute des übrigen Körpers vermischt. Der Unterschied zwischen dem arteriellen und venösen Blute ist daher bey ihnen unbedeutend.

Die Amphibien *athmen* zwar wie die warmblütigen Thiere durch *Lungen* Luft, und haben, wie diese, einen *Kehlkopf*, eine *Luftröhre* und eine *Stimme;* ihre Lungen sind aber dünnhäutiger und zelliger. Ueberdem besitzen einige von ihnen in den ersten Zeiträumen ihres Lebens *Kiemen* zum Athmen von Wasser, wie die Fische; ja einige ihr ganzes Leben hindurch Kiemen und Lungen zugleich. Weit länger, wie die übrigen wirbelsäuligen Thiere können sie das Athmen entbehren, länger in unveränderter und verdünnter Luft, oder in schädlichen Gasarten le-

Proprius *Calor* in animalibus, calidis inde dictis, 85, imo interdum 104 graduum Fahrenheitianorum; in piscibus ad summum 8 graduum; in amphibiis vero 12 circiter graduum, minusque constans est, quam in calidis, ita vt hac in re piscibus magis conueniant.

Arterias, tam animalium calidi sanguinis quam piscium circuli musculares cingunt, *Venaeque* eorum valuulas semicirculares continent: in amphibiis autem vtrumque vasorum genus nullo modo differt, membranaceum est, valuulisque caret: solummodo in speciebus quibusdam arteriae, vbi e corde exoriuntur, fibris carnosis circumdantur.

Cor calidorum omnium binos ventriculos totidemque sinus continet, piscium autem vnico ventriculo et vnico constat sinu. Amphibiorum, medium inter vtrumque tenens, vnicum quidem ventriculum habet, sed in loculos diuisum inter se connexos eademque ratio sinus in aliis adest, in aliis autem duo adsunt sinus.

Circuitus sanguinis amphibiorum maxime a caeteris animalibus vertebratis differt, quippe parua tantum sanguinis copia, eiusque tertia ad summum pars ex corde pulmones adit, et inde reuertens (aut antequam cor intrauit, aut in ipso corde) reliqui corporis sanguini miscetur, vnde etiam sanguinis arteriosi venosique vix vlla diuersitas.

Amphibia quidem eodem ac calida modo *pulmonibus* aërem spirant, vti haec *larynge* et *aspera arteria* praedita sunt, et *vocem* edere valent; pulmonum autem structura magis membranacea magisque cellulosa est. Quaedam ex eis insuper in primis vitae stadiis ad instar piscium *branchiis* aquam spirant, imo quaedam per totam vitam pulmonibus simul branchiisque praedita sunt. Diutius quam reliqua animalia vertebrata respiratione carere, diutius aërem immutatum tenuemque aut mephiticum pati, et illa

ben, und, wenn sie auch keine Kiemen haben, lange unter dem Wasser ausdauern, ohne zu ersticken.

In der Bildung des *Ohres* stimmen die Amphibien in dem Gehörknöchelchen, welches das eyförmige Fenster verschliefst, mehr mit den warmblütigen Thieren, dagegen in der Bildung des Labyrinthes und der beym Eintrocknen kreideartigen Masse, welche dasselbe enthält, so wie durch den Mangel einer Schnecke mehr mit den Fischen überein.

Das *Gehirn* ist dagegen bey den Amphibien, wie bey den Fischen, klein im Verhältnifs zum Körper und zu den Nerven, und dagegen ihr Rückenmark sehr grofs, weshalb sie auch mit zerstörtem Gehirne noch beträchtlich lange leben können.

Endlich unterscheiden sich die Amphibien sowohl von den warmblütigen Thieren als von den Fischen, durch die lange anhaltende *Reitzbarkeit* ihrer Muskelfasern, ihre grofse *Ergänzungskraft*, und ihr *zähes Leben.*

Classen der Amphibien.

Die Haut bildet *Schilder* und *Schuppen* 1. PHOLIDOTEN.

Die Haut *glatt* oder *warzig* 2. BATRACHIER.

etiam quae branchiis carent, per satis longum tempus sub aqua sine suffocatione viuere possunt.

Aurium compage amphibia ossiculo fenestram oualem operiente magis ad calida animalia, labyrinthi autem conformatione, materiaque in illo contenta post exsiccationem cretacea, et cochleae defectu propius ad pisces accedunt.

Cerebrum amphibiorum, vt piscium, respectu corporis neruorumque paruum est; medulla autem dorsalis permagna, vnde destructo cerebro capiteque abscisso non statim moriuntur.

Denique amphibia tam ab animalibus calidis quam a piscibus differunt *irritabilitate* fibrarum muscularium diu durante, maxima *vi reproducendi* partes corporis amissas et *vita tenaci.*

CLASSES AMPHIBIORVM.

Corpus *pholide tectum* . . 1. PHOLIDOTA.

Corpus *glabrum aut verrucosum* 2. BATRACHIA.

Wesentlichste Unterschiede der beyden Classen der Amphibien.

I. PHOLIDOTEN.

Die *Haut* ist hornartig oder lederartig, und scheint durch weichere und dünnere Falten Schuppen, oder Schilder, oder beydes zu bilden.
Halswirbel mehrere.
Rippen umgeben einen grofsen Theil des Rumpfes.
Luftröhre durch Ringe gebildet.
Athmen jederzeit blos durch Lungen; haben nie Kiemen.
Das *Herz* bildet mehrere, doch mit einander in Verbindung stehende Herzkammern, aus denen zwo Arterien das Blut ausführen, so wie zwo Venen es den beyden Vorkammern wieder zuführen
Die Männchen sind mit einer oder zwo *Ruthen* versehen.
Eyer weichschaalig.

II. BATRACHIER.

Die *Haut* ist weich, entweder ganz glatt oder warzig.
Halswirbel einer.
Luftröhre häutig.
Rippen entweder keine oder nur eine schwache Spuhr derselben
Athmen zwar im vollkommnen Zustande durch Lungen, haben aber vor der Verwandlung, und einige ihr ganzes Leben hindurch, Kiemen.
Das *Herz* hat eine einzige Herzkammer und eine einzige Vorkammer; eine einzige Arterie führt das Blut aus, eine einzige Vene dasselbe zurück.
Die Männchen haben keine *Ruthen*.
Eyer ohne Schaale.

Characteres praecipui vtriusque Amphibiorum classis.

I. *PHOLIDOTA Aristot.*

Corpus pholide (φολις) tectum, i. e. cute vel cornea vel coriacea, rugis mollioribus tenuioribusque distincta, squamas aut scutella, aut vtraque mentiente.
Vertebrae colli plures.
Costae perfectae.
Aspera arteria ex annulis conflata.
Respirant solummodo pulmonibus, nec vnquam branchiis praedita sunt.
Cordis ventriculus in loculos plures diuisus inter se communicantes arteriis duabus sanguinem emittit, per venas duas, in duplicem sinum reuersurum.
Penis vnus vel *Penes* duo.
Ouorum putamen molle.

II. *BATRACHIA Brongn.*

Corpus cute molli, vel glabra, vel verrucosa tectum.
Vertebra colli vna.
Costae aut omnino nullae aut imperfectae solaque costarum rudimenta.
Aspera arteria membranacea.
Respirant quidem pulmonibus in statu declarato, ante metamorphosin autem branchiis et quaedam huius classis animalia per integram vitam pulmonibus aërem, branchiis aquam.
Cor ventriculo vnico itemque vnico sinu constans, vnica arteria sanguinem fundit, vnica eum recipit vena.
Penis nullus.
Oua absque putamine.

ERSTE CLASSE.

PHOLIDOTEN.

Die **Haut** bildet Schilder und Schuppen.

Ordnungen, Zünfte und Stämme der Pholidoten.

I. SCHILD-PHOLIDOTEN. Die Haut bedeckt unmittelbar das Rückengewölbe und den Brustknochen.

II. PANZER-PHOLIDOTEN. Die Ohren bedeckt eine Klappe.

III. SCHUPPEN-PHOLIDOTEN. Lippen. Zähne. Keine Ohrenklappe.

1 LAUFENDE. Füſse vier, oder wenigstens zween Hinterfüſse; die Zehen vorwärts stehend.

5 GREIFENDE. Füſse vier, mit fünf Zehen, von denen je zween und drey verwachsen sind und entgegengesetzt stehen.

4 ZIEHENDE. Füſse nur vorn, hinten keine.

2 SCHLEICHENDE. Füſse keine. Augenlieder.

3 KRIECHENDE. Füſse und Augenlieder fehlen.

a. Groſsmäulige. *Entweder Kopf und Rumpf schuppig, oder Schilder unter dem Bauche.*

b. Engmäulige. *Rumpf schuppig; Kopf geschildet.*

CLASSIS I.

PHOLIDOTA.

Corpus pholidotum.

Ordines, Tribus et Stirpes Pholidotorum.

I. TESTVDINATA. Cutis fornice dorsi et sterno adglutinata.

II. LORICATA. Aures valuula clausiles.

III. SQVAMATA. Labia. Dentes. Aurium valvula nulla.

1 GRADIENTIA. Pedes quatuor aut saltem duo posteriores; digiti omnes antici.

5 PRENDENTIA. Pedes quatuor, digitis quinque binis ternisque coadunatis, oppositis.

4 INCEDENTIA. Pedes anteriores tantum, posteriores nulli.

2 REPENTIA. Pedes nulli. Palpebrae.

3 SERPENTIA. Pedes nulli. Palpebrae nullae.

a. Glutones. *Aut caput cum trunco squamis, aut abdomen scutis tectum.*

b. Typhilini. *Truncus squamosus; Caput scutatum.*

Gründe

für das System der Pholidoten.

I. SCHILD-PHOLIDOTEN.

Die *Haut* ist hornartig oder lederartig, in wenige groſse, oft keine Schilder vertheilt, und bedeckt unmittelbar das groſse Gewölbe des Rückens und den Brustknochen.
Die *Kinnladen* bilden einen zahnlosen Schnabel.
Der *Quadratknochen* fehlt.
Halswirbel 8 — 9, beweglich.
Die acht *Rückenwirbel* und *Rippen* sind durch zwischen ihnen befindliche Knochenmasse unbeweglich.
Der *Brustknochen* sehr lang und sehr breit.
Schlüsselknochen auf jeder Seite zween.
Die *Luftröhrenäste* gehn bis zur Spitze der Lunge.
Die *Lungen* sind ganz getrennt und zellig, und erstrecken sich bis in den Unterleib.
Herzkammer zweyfächerig.
Zunge angewachsen.
Trommelfell unter der Haut verborgen. Keine Schnecke.
Harnblase vorhanden.
Ruthe undurchbohrt, einfach.
Mutterscheide einfach.
Fruchtbarkeit sehr groſs.

II. PANZER-PHOLIDOTEN.

Die *Haut* ist gröſsesten Theils in härtere Schilder vertheilt, und bedeckt das Fleisch unmittelbar.
Die *Kinnladen* sind mit Zähnen versehn und mit Lippen bedeckt.
Der *Quadratknochen* fehlt.
Halswirbel 7, fast unbeweglich.
Rückenwirbel und *Rippen* beweglich.
Brustknochen schmahl und lang.
Schlüsselknochen keiner.
Luftröhrenäste vertheilen sich in den Lungen.
Lungen ganz getrennt, gröſsesten Theils zellig, gehn nicht bis in den Unterleib.
Herzkammer dreyfächerig.
Zunge angewachsen.

Rationes
Systematis Pholidotorum.

I. TESTVDINATA.

Cutis cornea aut coriacea in paucas aut vix vllas lamellas diuisa, fornice dorsi sternoque adglutinata.
Os edentulum, rostratum.
Os quadratum nullum.
Vertebrae colli 8 — 9, mobiles.
Vertebrae dorsi octo et *Costae* per materiam intermediam osseam immobiles.
Sternum longissimum latissimumque.
Clauiculae vtrinque duae.
Bronchi ad finem pulmonum penetrant.
Pulmones separati, cellulosi, abdomen intrant.
Ventriculns cordis bilocularis.
Lingua affixa.
Membrana tympani cute communi tecta. *Cochlea* nulla.
Vesica vrinaria instruuntur.
Penis imperforatus, simplex.
Vagina simplex.
Oua plurima.

II. LORICATA.

Cutis maxima ex parte in scutella dura diuisa, musculos immediate tegit.
Os dentatum, labiis clausum.
Os quadratum nullum.
Vertebrae colli 7, fere immobiles.
Vertebrae dorsi et *Costae* mobiles.
Sternum angustum, longum.
Clauiculae nullae.
Bronchi in pulmonibus in ramos diuisi.
Pulmones separati, maxima parte cellulosi, abdomen non intrant.
Ventriculus cordis trilocularis.
Lingua adnata.

Trommelfell mit einer Klappe verschlossen. Spuhr einer Schnecke.
Harnblase keine.
Ruthe durchbohrt und einfach.
Mutterscheide einfach.
Fruchtbarkeit grofs.

III. SCHUPPEN - PHOLIDOTEN.

Die *Haut* scheint Schuppen oder Schilder zu bilden, und bedeckt unmittelbar das Fleisch.
Die *Kinnladen* sind mit Zähnen versehn und mit Lippen bedeckt.
Quadratknochen auf jeder Seite einer oder zween.
Halswirbel 2—4, beweglich.
Rückenwirbel und *Rippen* beweglich.
Brustknochen schmahl und klein, oder gar keiner.
Schlüsselknochen auf jeder Seite einer, oder keiner.
Die *Luftröhrenäste* reichen nur bis zum Anfange der Lungen.
Lungen entweder eine einzige, oder zwo, die in Verbindung mit einander stehen, und sich bis in den Bauch erstrecken.
Herzkammer zweyfächerig.
Zunge wenigstens etwas, oft sehr beweglich.
Trommelfell bald ganz offen, bald ganz bedeckt, bald gar keins. Keine Schnecke.
Harnblase keine.
Ruthe durchbohrt, doppelt.
Mutterscheide doppelt.
Fruchtbarkeit nicht sehr grofs.

1. LAUFENDE SCHUPPEN - PHOLIDOTEN.

Füfse haben sie entweder vier, oder wenigstens stäts die beyden Hinterfüfse, *Schulterblätter*, *Schlüsselknochen*, *Brustknochen* und *Becken*.
Gelenkkopf des Hinterhaupts zweyspaltig.
Wirbelknochen des Halses 5—7; des Rückens 11—20; der Lenden 4—9; des Kreuzes 2,
Lungen zwo.
Zunge bey einigen dick, ganzrandig oder schwach gekerbt, wenig beweglich und nicht ausstreckbar; bey andern dünn, tief gespalten, sehr beweglich und weit ausstreckbar, bey noch andern gekerbt, frey, aber wenig ausstreckbar.
Ohr, bis auf wenige Ausnahmen, offen. *Halbkreisförmige Röhren* knöchern.
Augen mit der Länge nach gespaltenen Augenliedern und einer Blinzhaut versehen; nur bey dem Nacktauge habe ich diese Bedeckungen nicht bemerkt; da ich nun gegen-

Membrana tympani valuula mobili tecta; *Cochleae* rudimentum.
Vesica vrinaria nulla.
Penis perforatus, simplex,
Vagina simplex.
Oua multa.

III. SQVAMATA.

Cutis squamas aut scuta mentiens musculos immediate tegit.
Os dentatum, labiis clausum.
Os quadratum vtrinque simplex vel duplex.
Vertebrae colli 2 — 4, mobiles.
Vertebrae dorsi et *Costae* mobiles.
Sternum vel breue et angustum, vel nullum.
Clauicula vtrinque vna vel nulla.
Bronchi non multum vltra pulmonum initium protenduntur.
Pulmo aut vnicus, aut pulmones duo, inter se aëris communicationem habentes, vltra thoracem extensi.
Ventritulus cordis bilocularis.
Lingua saltem ex aliqua parte, non raro tota mobilis.
Membrana tympani modo aperta, modo integumentis tecta, modo nulla. Cochlea nulla.
Vesica vrinaria nulla.
Penis perforatus, duplex.
Vagina duplex.
Proles non numerosa.

1. PHOLIDOTA SQVAMATA GRADIENTIA.

Pedes aut quatuor, aut saltem duo posteriores, *Scapulae, Clauiculae, Sternum* et *Peluis* omnibus.
Condylus occipitalis bifidus.
Vertebrae colli 5 — 7: dorsi 11 — 20; lumborum 4 — 9; ossis sacri 2.
Pulmones duo.
Lingua in aliis crassa, integra aut subemarginata, vix mobilis nec extensilis; in aliis tenuis, profunde bifurca valde mobilis et extensilis; in aliis denique crassiuscula, emarginata, libera sed parum extensilis.
Auris, si pauca excipias, aperta. *Canales semicirculares* ossei.
Oculorum tegumenta palpebrae longitudinaliter fissae et membrana nictitans. In solo Gymnophthalmo haec tegu-

wärtig meine ehemalige Beobachtung nicht prüfen kann, so verdient er in dieser Rücksicht, so wie in Rücksicht seiner innern Theile eine genauere Untersuchung.

A. TRAEGE.

Zunge ganz oder ausgerandet, wenig beweglich, nicht ausstreckbar.

Trommelfell sichtbar oder mit der Haut bedeckt.

B. SCHNELLE.

Zunge tief gespalten, weit ausstreckbar.

Trommelfell sichtbar.

C. NIEDRIGE.

Trommelfell liegt tief im offenen Gehörgange.

2. SCHLEICHENDE.

Füſse keine, aber Spuhren der *Schulterblätter*, der *Schlüsselknochen*, des *Brustknochens* und des *Beckens;* bloſs bey der Gattung Akontias fehlen nach Cuvier alle diese Theile.

Gelenkkopf des Hinterhaupts dreyspaltig.

Wirbelknochen des Halses 2; des Rückens 30 und mehrere; der Lenden 0; des Kreuzes 1.

Lungen zwo.

Zunge gespalten, frey, ausstreckbar.

Trommelfell bald offen, bald unter der Haut verborgen. *Halbkreisförmige Röhren* häutig.

Augen durch der Länge nach gespaltene Augenlieder beschützt.

3. KRIECHENDE.

Füſse, *Schulterblätter*, *Schlüsselknochen*, *Brustknochen* und *Becken* fehlen gänzlich.

Gelenkkopf des Hinterhauptes dreyspaltig.

Wirbelknochen des Halses 0; des Rückens 50 — 300; der Lenden und des Kreuzes 0.

Lungen eine einzige, aber überdem gewöhnlich die Spuhr einer zweyten.

Zunge zweyspaltig, ausstreckbar.

Ohr versteckt. Kein *Trommelfell*. *Halbkreisförmige Röhren* häutig.

Augen ohne Augenlieder und Nickhaut, mit der gemeinen Haut bedeckt.

A. GROSSMAEULIGE.

Zwey *Quadratknochen* auf jeder Seite.

Oberkinnlade beweglich.

menta olim non reperi. Cum iam hanc obseruationem repetere et examini subiicere nequeam, hic serpens vlteriorem aliorum inquisitionum tam quoad hanc oculorum conformationem, quam quoad partes internas meretur.

A. ASCALABOTAE.

Lingua integra aut emarginata, parum mobilis, non extensilis.
